



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Epistola Constantini imperatoris ad vniuersos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

diaboli minister vos segregavit, redeamus: ad commune corpus ecclesie, & ingenua nostra membra, toto pectore, vt dicitur, reuertamur. Illud enim vestre prudentie, fidei, & sanctitati in primis consentaneum est, vt errore illius, quem iam esse hostem veritatis perspectum est, penitus depulso, ad Dei gratiam vos denuo recipiatis. Nam quod trecentis episcopis visum est, non est aliud, quam Dei sententia: preesertim cum in talium & tam preclarorum virorum mentibus sacer infideret Spiritus, qui illis diuinam voluntatem aperuerit. Quapropter nemo vestrum hæsitet, nemo moram interponat; sed omnes lubentibus animis ad viam veritatis redite; vt simulatque ipse ad vos aduentauero, debitas gratias Deo, qui omnia lustrat, vna vobiscum agam, quod fidem sinceram nobis patefecerit, & caritatem, quæ omnibus optanda erat, proinde reddiderit. Deus vos, fratres carissimi, diu seruet incolumes.

EPISTOLA CONSTANTINI imperatoris ad vniuersos.

Victor Constantinus, maximus, Augustus, episcopis & populis salutem.

Ex Socrat. lib. 1. cap. 6.

CVM Arius scelestos & impios homines sit imitatus, eandem cum illis ignominie & turpitudinis notam merito subire debet. *Vide reliquum infra apud Gelasium in actis Concilii Nicani lib. 2. cap. 36.*

ὡν ὑμᾶς τῷ διαβόλου ἀναδής τις ὑπερέτης ἐχώρεισεν· ὅτι τὸ κοινὸν σῶμα, καὶ τὰ γήσια ἡμῶν μέλη σπουδῆ πάσῃ ἰώμεν. τὸ το γὰρ καὶ τῆ ἀρχινοία, καὶ τῆ πίστι, καὶ τῆ ὁσιότητι τῆ ὑμετέρῃ πρέπει, ἵνα τῆς πλάνης ἐλεγχθείσης ἐκείνου, ὃν ὁ ἀληθείας εἶν ἐχθρὸν συνείσκη, πρὸς τὴν δόξαν ἐπανέλθῃτε χάριν. ὃ γὰρ ποῖς τετακτοῖς ἤρεσαν ἐπισκόποις, οὐδὲν ὅστιν ἐπερθε, ἢ τῆ θεοῦ γνώμη, μάλα γὰρ ὅπου τὸ ἀγαθὸν πᾶσιμα, ποιούτων καὶ πηλικούτων ἀνδρῶν ταῖς διανοήσιν ἐγκείμεν, πλὴν θεῶν βούλησιν ἐξεφώπησε. διὸ μηδεὶς ἀμφικαλέτω, μηδεὶς ὑπερηδέστω, ἀλλὰ πρὸς δύνωσιν πάντες εἰς πλὴν ἀληθεύσῃτων ὁδὸν ἐπάνητε· ἵν' ἐπίδων ὅσον οὐδέπω πρὸς ὑμᾶς ἀφίκομαι, ταῖς ὀφειλομένης τῶ παντεφῶσθαι θεῶν μὴ ὑμῶν ὁμολογήσω χάριτας, ὅτι πλὴν εἰλικρινῆ πίστιν ἐπαδείξας, πλὴν δικταίαν ἡμῶν ἀγάπῃν ἀποδέδωκεν. ὁ θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξαι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ βασιλέως.

Νικητῆς Κωνσταντίνου, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς.

ΤΟΥ Σ πονηροῦ καὶ ἀσεβοῦς μισητοῦ ἀρεῖ, δίκαιός ἐστι πλὴν αὐτῶ ἐκείνοισ ὑπὸ τῆ ἀπιμῆαν.